

Mordear obprobriis falsis: mutemq; colores.
Falsus honor iuuat: & mendax infamia terret:
Quē nisi mēdosum & mendacē. uir bonus ē quis?
Qui consulta patrū: qui leges iuraq; seruat:
Quo multæ magnæq; secantur iudice lites:
Quo responfore. & quo causæ teste tenentur.
Sed uidet hunc omīs domus & uicinia tota
Introrsum turpem: speciosum pelle decora.
Nec furtum feci: Nec fugi: si mihi dicat
Seruus. habes pretiū. loris non ureris aio.
Non hominē occidi: nō pasces in cruce coruos.
Sum bonus & frugi. reuult. negat atq; sabellus:
Cautus enī metuit foueam lupo: Accipiterq;
Suspectos laqueos. ad opertū miluū hamū.
Oderūt peccare boni uirtutis amore.
Tu nihil admittes in te formidine poenæ
Sit spes fallendi. Miscebis sacra p: ofanis.
Nam de mille fabae modiis: cum surripis unū:
Dammū ē: non facinus mihi pacto lenius isto
Vir bonus: omne forū quē spectat & omne tribunal
Quādocūq; deos uel porco uel boue placat:
Iane pater clare dixit: cū dixit Apollo.
Laba mouet metuens audiri pulchra lauerna
Da mihi fallere: da sanctum iustūq; uideri:
Noctem peccatis & fraudibus obiice nubem.
Quo melior seruo: quo liberior sit: avarus
In triuis fixum cū se dimittit ob assem:
Non uideo: nam q; cupiet: metuet quoq; porro:
Qui metuens utuit: liber mihi non erit unquā:
Perdidit arma. locum uirtutis deseruit: qui
Semper in augenda festinat: & obruitur re.
Vædere cum possis captiuum: occidere noli.
Seruiet utiliter. sine palcat durus: aretq;:

N auiget : ac mediis hyemet mercator in undis.
A nnonae p̄sit . portet frumenta penusq;
V ir bonus ac sapiens audebit dicere: Pentheu
R ector thebarum qd me p̄ferre patiq;
I ndignū coges : adimā bona . nempe pecus . rem .
L ectos . argentum . tollas licet & manicis &
C um pedibus s̄auo te sub custode tenebo.
I lpe deus simulatq; uolam : me soluet : opinor .
H aec sentit . moriar . mors ultima linea rerum est.

Quintus Horatius Flaccus Scaevae .s.

q Vanuis scaeva latis parte tibi cōsulis : & scis:
Q uo tandem pacto deceat maioribus uti :
D isce docendus adhuc : qd censet amicus : ut si
C aecus iter monstrare uelit : tamen : aspice : si qd
E t uos quod cures propriū fecisse loquamur .
S i te grata quies & primā somnus in horā
D electat : si te puluis strepitusq; rotarū :
S i laedet caupona : Ferentinū : ire iubebo .
N am neq; diuitibus cōtingūt gaudia solis .
N ec uixit male : qui natus moriensq; fefelit .
S i prodesse tuis pauloq; benignius ipsum
T e tractare uoles : accedes sicut ad unctum .
S i pranderet olus patienter : regibus uti
N ollet Aristippus : si sciret regibus uti :
F astidiret olus : qui me notat utrius horum
V erba probes : & facta doce uel iunior audi .
C ur sit aristippi potior sententia namq;
M ordacem Cynicum sic eludebat ut aiunt
S curre ego ipse mihi . populo tu rectius hoc &
S .plendidius multo ē . equus ut me portet : alat rex
O fficium facio . tu poscis uilia uerum es
D ante minor quāuis te fers nullius egentem .

O mis Aristippū decuit color : & status & res :
Temptantē maiora fere præsentiū æquum ;
C ontra quem duplici panno patientia uelat.
M irabor uitæ uia si cōuersa decebit .
A lter purpureū nō expectabit amictum .
Q uidlibet indutus celeberrima per loca uadet :
P ersonamq; feret nō inconcinnus utrāq;
A lter myleti textam cane peius & angue
V itauit chlamydem . morietur frigore : si nō
R ettuleris pannū refer & sine uiuat ineptus .
R es gerere & captos ostendere ciuibus hostes
A ttingit soliū Iouis : & caelestia temptat .
P rincipibus placuisse uiris nō ultima laus ē .
N on cui uis homini cōtingit adire Corinthum .
S edit qui timuit : ne non succederet . esto .
Q uid qui puenit : fecit ne uiriliter : atqui
H ic ē : aut nusquā : quod quærim? : hic hon? horret :
V t paruis animis & paruo corpore maius .
H ic subit : & pfert aut uirtus nomen inane ē :
A ut decus & pretium recte petit expiēns uir .
C oram rege Iuo de paupertate tacētes
P lus poscente ferent . distat sumas ne pudēter :
A n rapias . atqui rerū caput hoc erat hic fons .
I ndotata mihi soror ē . paupcula mater .
E t fundus nec uendibilis : nec pascere firmus :
Q ui dicit . clamat : uictū date . succinit alter
E t mihi diuiduo findetur munere quadra .
S ed tacitus pasci si posset coruus haberet
P lus dapis : & rixæ multo minus inuidiaeq;
B rundusiū comes aut Surrētum ductus amoenū
Q ui quæritur salebras : & acerbū frigus & imbres :
E tcistā & fractā & subducta uiatia plorat :
N ota refert meretricis acumina . sæpe catellā
S æpe Periscelidem raptā sibi flentis : uti mox

N ulla fides damnis uerisq; doloribus adfit.
N ec semel irrisus triuuis attollere curat
F racto crure planū: licet illi plura maneret
L achryma .p sanctū iuratus dicat Osyrin:
C redite. nō ludo. crudeles tollite claudum.
Q uare peregrinū uicinia rauca reclamat.

Quintus Horatius Flaccus Lollio. s.

s I bene te noui metues liberrime Lolli
Scurrantis speciem praebere pfectus amicū.
V t matrona meretrici dispar erit: atq;
D iscolor in fido scurrae distabit amicus.
E st huic diuersum uitio uitium ppe maius:
A spitas agrestis & incōcinna grauisq;
Q uae se commēdat tonsa cute dentibus atris:
D um uult libertas mera dici ueraq; uirtus.
V irtus ē medium uitiorum utrinq; redactum.
A lter in obsequiū plus aequo pronus & imi
D erisor lecti: sic nutum diuitis horret:
S ic iterat uoces & uerba cadentia tollit:
V t puerum saeuo credas dictata magistro
R eddere: uel partes minimū tractare leuēdas.
A lter rixatur de lana saepe caprina.
P ropugnat nugis armatus: scilicet ut non
S it mihi prima fides & uere quod placet: ut non
A criter elatrem .pretium aetas altera sordet.
A mbigitur: qd enī castor sciat an docilis plus:
B rundusium Numici melius uia ducat an Appi.
Q uem damnosa uenus: quē praeceps alea nudat:
G loria quem supra uires & uestit & ungit:
Q uem tenet argenti litis importuna famelq;
Q uem paupertatis pudor & fuga diues amicus
S aepe decem uitis instructior odit: & horret:

A ut si non odit .regit ac ueluti pia mater
P ulquā se saepe : & uirtutibus esse priorem
V ult : & ait prope uera . meae contēdere noli.
S ulticiam patiūtur opes . tibi paruula res ē.
A rta decet sanū comitē toga . desine mecū
C ertare Eutrapelus cuiquē nocere uolebat:
V estimēta dabat pretiola : beatus enī iam
C um pulchris tunicis sumet noua cōsilia . & spes
D ormiēt ī lucem . scorto postponet honestum
O fficiū . nūmos alienos pascet : ad imū
T rax erit . aut holitoris aget mercede caballū.
A rcanū neq; tu scrutaberis ullius unquā:
C omissūq; teges & uino tortus & ira.
N ec tua laudabis studia aut aliena repndes:
N ec : cum uenari uolet ille poemata : panges.
G ratia sic fratrum geminorum Amphionis : atq;
Z ethi dissiluit : donec suspecta se uero
C onticuit lyra . fraterniscessisse putatur
M oribus Amphion . tu cede potentis amici
L enibus impiis : quotiensq; educet in agros
A etholis honerata plagis iumenta canelq;
S urge & inhumanae leniū deponē camoenae :
C oenes ut pariter pulmenta laboribus empta
R omanis solemne uiris opus utile fame
V itaeq; & membris : p̄sertim cū ualeas : &
V el cursu supare canem uel uiribus aprū
P ossis . adde uirilia quod speciosius arma
N on ē . qui tractet . scis quo clamore coronae
P raelia iustineas campestria . deniq; saeuam
M ilitiam puer & cantabrica bella tulisti
S ub duce : qui templis parthorū signa refixit.
N unc & si qd abest italis adiu dicat armis
A c ne te retrahas : & inexcusabilis absis.
Q uāuis nil extra numerū fecisse modūq;

Curas: interdum nugaris rure paterno.
Patitur lintres exercitus actia pugna.
Te duce per pueros hostili more refertur.
Aduersarius est frater. lacus adria: donec
Alterutrū uelox uictoria fronde coronet.
Consentire suis studiis qui crediderit te:
Fautor utroque tuū laudabit pollice ludum.
Protinus ut moueam: si quid monitoris eges tu.
Quid de quoque uiro & cui dicas saepe uideto.
Percunctatorem fugito: nam garrulus idem est.
Nec retinent patulae commissa fideliter aures.
Est semel emissum uolat irreuocabile uerbum.
Non ancilla tuum iccur hulceret ulla. puer ue
Inter marmoreū uenerandi limen amici:
Ne dominus pueri pulchri carae ue puellae
Munere te paruuo beet: aut incommodus angat.
Qualem commendes etiam atque etiam aspice: ne mox
Incutiant aliena ibi peccata pudorem.
Fallimur: & quondam non dignū tradimus. ergo
Quem sua culpa premet deceptus omitte tueri:
Vt penitus notum si temptent crimina serues:
Tuterisque tuo fidentem praesidio: qui
Dente theonino cū circūroditur. haec quid
Ad te post paulo uentura picula sentis?
Nam tua res agitur: paries cum proximus ardet.
Et neglecta solent incendia lumere uires:
Dulcis exptis cultura potentis amici.
Expertus metuit: tu dum tua nauis in alto est:
Hoc age: ne mutata retrosum te ferat aura.
Oderunt hilarem trist es: tristemque iocosi.
Sedatum celeres. agilem gnauumque remissi.
Potores bibuli media de nocte falerni
Oderunt porrecta negantem pocula: quāuis
Nocturnos iures te formidare tepores:

Deme supcilio nubem .plaxūq; modestus
Occupat obscuri speciem .taciturnus acerbi.
I nter cuncta leges .& p̄cūctabere doctos.
Qua ratione queas traducere leniter æuū :
Nec te semper inops agitet : uexetq; cupido
N on pauor : & reaum mediocriter utilium spes
V irtutem doctrina paret : natura ne donet :
Quid minuat curas .qd te tibi reddat amicū .
Quid pure tranquillet honos : an dulce lucellum :
A n secretum iter & fallentis semita uitæ :
M e quotiens reficit gelidus Digentia riuus :
Quem Mandela bibit rugosus trigore pagus :
Q uid sentire puras : quid credis amice precari :
S it mihi quod nunc ē : etiā minus : ut mihi uiuā :
Q uod supest æui : si quid supeste uolunt dii .
S pes bona librorum & p̄uilae frugis in annū
C opia .neu fluitē dubiæ spe pendulus horæ
S ed satis ē orare Iouē : q̄ donat : & aufert .
D et uitā det opes .æquum mihi aīum ipse parabo :

Quintus Horatius Flaccus Mecoenati .s.

p Risco si credis Mecoenas docte Cratino :
Nulla placere diu : nec uiuere caria possunt :
Quæ scribuntur aquæ potoribus : ut male sanos
A dscripsit liber satyri faunifq; poetas .
V ina fere dulces oluerunt mane camoenæ
L audibus arguitur uini uinosus Homerus .
E nnius ipse pater nunquā nisi potus ad arma
P rosiluit dicenda forum putealq; libonis .
M andabo siccis . adimā cantare seueris .
H oc simul edixit : nec cessauere poetæ
N octurno certare mero putere diurno .
Quid : siq; uultu toruo ferus & pede nudo

E xigūæq; togæ limul& textore Catonem
V irtutem ne repraesentet morelq; Catonis.
R upit hyrabitam Timagenis aemula lingua :
D um studet urbanus tenditq; disertus haberi.
D ecipit exemplar uitii imitabile : quod si
P allerem casu : biberent exangue cuminū.
O imitatores seruū pecus : ut mihi saepe
B ilem saepe iocum uestri mouere tumultus.
L ibera p̄ uacuū posui uestigia princeps.
N on aliena meo pressi pede . qui sibi fidet :
D ux reget examen . parios ego primus iambos
O stendi latio numeros animosq; secutus
A rchilochi non res & agentia uerba Lycamben
A cne me foliis ideo breuioribus ornes :
Q uod timui mutare modos & carminis artem.
T empat Archilochi musam pede mascula sappho :
T emperat Alceus sed rebus & ordine dispar .
N ec focerum quaerit : quem uersibus oblimat atris :
N ec sponsae laqueum famoso crimine nectit.
N unc ego nō alio dictū prius ore latinis
V ulgari fidicen . iuuat immemorata ferentem
I ngeniis oculisq; legi manibusq; teneri.
S cire uelis mea cur ingratus opuscula lector
L audet : ametq; domi . p̄mat extra limen iniquus
N on ego uentosae plebis suffragia uenor
I mpenlis coenarum & tritae munere uestis.
N on ego nobiliū scriptorum auditor : & ultor
G rammaticas ambire tribus & pulpita dignor .
H inc illae lachrymae spissis indigna theatris.
S cripta pudet recitare & nugis addere pondus.
S i dixi rides ait . & louis auribus ista
S eruas : fidis enī manare poetica mella
T e solum . tibi pulcher ad haec ego naribus uti
F ormido : & luctantis acuto ne fecer ungue.

D isplieet iste locus clamo .& diludia posco:
L udus enim genuit trepidum certamen & iram:
I ra truces inimicicias & funebre bellum.

Quintus Horatius Flaccus Libro Suo.s.

u Ertunnū Ianūq; liber spectare uideris
Scilicet ut protres soliorum pumice mundus.
O disti clauēs & grata sigilla pudico.
P aucis ostendi gemis .& cōmunia laudas.
N on ita nutritus fuge : quo descendere gestis:
N on erit emisso reditus tibi . quid miser egi?
Q uid uolui : dices : ubi quis te laeserit : & icis
I n breue te cogi : cū plenus languet amator.
Q uod si nō odio peccantis desipit augur:
C arus eris Romæ : donec te deserit aetas.
C ontractatus ubi manibus sordescere uulgi
C oeperis : aut tineas pasces taciturnus inertes:
A ut fugies uticam : aut unctus mitteris Ilerdam.
R idebit monitor nō exauditus : ut ille
Q ui male parentē in rupes detrusit asellum
I ratus : quis enī inuitum seruare labore?
H oc quoq; te manet : ut pueris elemēta docentē
O ccupet extremis in uicis balba senectus.
C um tibi sol tepidus plures admouerit aures :
M e libertino natū patre & in tenui re
M aiores pennas nido extendisse loqueris :
V t quātum generi demas : uirtutibus addas .
M e primis urbis belli placuisse domiq;
C orporis exigui praecanū solibus aptum.
I rasci celerem : tamen ut placabilis essem.
F orte meū si quis te pcunctabitur aeuum :
M e quater undenos sciat impleuisse decembres
C ollegam lepidum quo duxit Lollius anno.

QVINTI HORATII FLACCI EPI
STOLARVM LIBER SECVNDVS

Quintus Horatius Flaccus Augusto. S.

c VM tot sustineas & t̄ra negotia solus;
Res italas armis tuteris moribus ornes;
Legib⁹ emēdes: ī publica cōmoda peccē;
Si lōgo sermōe morer tua t̄pra Caesar;
R omulus & liber pater & cū Castore Pollux
P ost ingentia facta deorū in templa recepti.
D um terras hominūq; colūt genus: aspera bella
C omponunt: agros assignant. oppida cōdunt;
P lorauere suis non respondere fauorem
S peratum meritis: diram qui cōtudit hydram:
N otaq; fatali portenta labore subegit:
C omperit inuidiam supremo sine donari:
V rit enī fulgore suo: qui pergrauat artes
I nfra se positas extinctus amabitur idem.
P raesenti tibi maturos largimur honores.
I urandasq; tuum per nomen ponimus aras
N il oriturum alias nil ortum tale fatentes.
S ed tuus hic populus sapiens & iustus in uno
T e nostris ducibus te grauis ante ferendo
C aetera nequaquā simili ratione modoq;
A estimat. & nisi quae terris semota suisq;
T emporibus defuncta uidet. fastidit. & odit.
S ic fautor ueterum ut tabulas peccare uetantes;
Q uas bisq; uiri sanxere: & foedera regum
V el gabiis uel cū rigidis aequata sabinis.
P ōntificum libros annosa uolumina uatum
D ictitet albano musas in monte locutas.
S i quia graecorum sunt antiquissima quaeq;

S cripta uel optima: Romani pensantur eadem
S criptores trutina .nō ē: quod multa loquamur.
N il intra ē oleam: nil extra ē in duce duri.
V enimus ad summū fortunæ: pingimus: atq;
P fallimus: & luctamur achiuis doctius unctis.
S i meliora dies ut uina poemata reddit:
S cire uelim chartis pretium quotus arroget ānus.
S criptor: abhinc annos centum q̄ decidit iter
P erfectos ueteresq; referri debet: an inter
V iles atq; nouos: excludat iurgia finis.
E st uetus atq; probus: centum qui p̄ficit annos.
Q uid: qui depit minor uno mense uel anno.
I nter quos referendus erit: ueteres ne poetas:
A n quos & præsens & postera respuit atas:
I ste quidē ueteres inter ponetur honeste:
Q ui uel mense breui uel toto ē iunior anno.
V tor promisso caudæq; pilos ut equinae
P aulatim uello: & demo unū: demo etiā unū.
D um cadet elusus ratione ruentis acerui:
Q ui redit ad fastos & uirtutem æstimat annis:
M iraturq; nihil: nisi quod libitina sacrauit.
E nnius & sapiens & fortis & alter Homerus:
V t critici dicūt: leuiter curare uidetur:
Q uo promissa cadāt: & somnia pythagorea.
N æuius in manibus nō ē: & mētibus hæret
P oene recēs .adeo factum ē uetus omne poema.
A mbigitur quotiēs uter utro sit prior .aufert
P acuuius docti famā senis .Accius alti
D ictur Afrani toga cōuenisse Menādro.
P lautus ad exemplar Siculi p̄perare epicharmi.
V incere Cecilius grauitate . Terentius arte.
H os ediscit: & hos arto stipata teatro
S pectat Roma potens: hēt hos numeratq; poetas
A d nostrum tempus Liuii scriptoris ab æuo:

I nterdum uulgus rectum uidet. ē : ubi peccat :
S i ueteres ita miratur : laudatq; poetas :
V t nihil ante ferat : nihil illis comparet : errat
S i quaedam nimis antiquae : si plæraq; dure
D icere credit eos : ignaue multa fatetur .
E t sapit : & mecum facit : & Ioue iudicat aequo
N on eqdem insector delendaq; carmina Liui
E sse reor . meminiq; plagosum mihi paruo
O rbiliū dictare : sed emendata uideri .
P ulchraq; & exactis minimū distantia miror :
I nter quae uerbum emicuit si forte decorū . &
S i uersus paulo concinior unus & alter
I niuste totū ducit : uanditq; poemā :
I ndignor quicquā repraehendi . nō quia crasse
C ompositum illepide ue putetur : sed quia nup
N ec ueniā antiqs : sed honorem & praemia polci .
R ecte nec ne crocum floresq; pambulat Acci
F abula si dubitem : clament periisse pudorem
C uncti poene patres . ea cum repraehendere coner
Q uae grauis Aesopus : quae doctus Roscius egit .
V el quia nil rectum : nisi quod placuit sibi : dicunt .
V el quia turpe putāt parere minoribus : & quae
I mberbes didicere senes perdenda fateri .
I am saliare Numae carmen q; laudat : & illud
Q uod mecū ignorat solus uulscire uideri :
I ngeniis nō ille fauet : plauditq; sepultis .
N ostra sed ipugnat . nos nostraq; liuidus odit .
Q uod si tam graecis nouitas iuisa fuisset :
Q uā nobis . qd nūc esset uetus : aud qd haberet
Q uod legeret : tereretq; uiriti publicus usus .
V t primū positis nugari graecia bellis
C oepit : & in uitium fortuna labier aequa .
N unc athletarum studiis . nunc arsit equorum
Marmoris aut eboris fabros aut aeris amauit .

S uspendit picta uultum mentēq; tabella
N unc tibicinibus nūc ē gauisa tragoedis:
S ub nutrice puella uelut si luderet infans
Q uod cupide petiit : mature plena relinquit :
Q uod placet aut odio ē: qd nō mutabile credas ?
H oc paces habuere bonae uentiq; secūdi.
R omae dulce diu fuit & sollemne reclusa
M ane domo uigilare : clienti pmere iura
C autos nominibus certis expendere nūmos .
M aiores audire : minori dicere: p quae
C relcere res possit : minui damnosa libido .
M utauit mentem populus leuis : & calet uno
S cribendi studio : pueriq; patresq; seueri
F ronde comas uicti coenant : & carmina dictāt .
I ple ego q nullo me affirmo scribere uersus
I nuenior parthis mēdaciō . & prius orto
S ole uigil cal. mum & chartas & scrinia posco.
N auē agere ignarus nauis timet . abrotanū aegro
N on audet : nisi qui didicit : dare . quod medicorū ē:
P romittūt medici . tractant fabrilia fabri .
S cribimus indocti doctiq; poemata passim .
H ic error tamē & leuis hęc insania quātas
V irtutes habeat : sic collige . uatis auarus
N on temere ē aimus . uersus amat . hoc studet unū
D etrimta fugas seruorum incēdia ridet
N on fraudem lotio puero ue incogitat ullā
P upillo . uiuit siliqs & pane secūdo
M ilitiae : quāquā piger & malus : utilis urbi.
S idas hęc paruis quoq; rebus magna iuuari:
O s tenerū pueri balbūq; poeta figurat .
T orquet ab oscaenis iam nūc sermonibus aurem .
M ox etiam pectus praeceptis format amicis .
A speritatis & inuidiae corrector & irae
R ecte facta refert . orientia tempora noctis

I nstruit exemplis . inopem solatur & aegrum
C astis cū pueris : ignara puella mariti
D isceret unde preces : uatem nisi musa dedisset
P oscit opem chorus . & praesentia numina lentit .
C aelestes implorat aquas docta prece blādus .
A uertit morbos . metuēda pericula pellit .
I mpetrat & pacem . & locupletem frugibus añū .
C armine dii superi placantur . carmine manes .
A gricolae prisci fortes paruq; beati
C ondita post frumēta leuātes tempore festo
C orpus & ipsum animū spe finis dura ferentem
C um sociis operum pueris & cōiuge fida
T ellurem porco siluanū lacte piabant .
F loribus & uino geniū memorem breuis aeuū :
F escenina per hunc inuenta licentia morem
V ersibus alternis obprobria rustica fudit .
L ibertasq; recurrentes accepta p annos
L usit amabiliter donec iam saeuus apertam
I n rabiem coepit uerti iocus : & per honestas
I re domos impune minax . doluere cruento
D ente laceffiti . fuit intactis quoq; cura
C onditione super cōmuni . quā etiam lex
P oenaq; lata malo : quae nollet carmine quēquā
D escribi . uertere modū formidine fustis
A d benedicendum delectādumq; redacti .
G raecia capta ferū uictorē coepit : & artes
I ntulit agresti latio . sic horridus ille
D efluxit numerus Saturnius et graue uirus
M undiciae pepulere . sed ī longum tamen aeuū
M anserunt : hodieq; manent uestigia ruris .
S erus enim graecis admouit acumina chartis :
E t post punica bella quietus quaerere coepit :
Q uid Sophocles et Thelpis et Aeschil' utile ferrēt .
T emptauit quoq; rem si digne uertere posset :

E t placuit sibi natura sublimis & acer
N am spirat tragicum satis & feliciter audet .
S ed turpem putat in scriptis : metuitq; lituram .
C reditur ex medio qa res accessit : habere
S udoris minimū sed habet comoedia tanto
P lus oneris : quāto ueniae minus . aspice Plautus
Q uo pacto partes tutetur amantis ephebi :
V t patris attentī : lenonis ut insidioli .
Q uantus sit Dossennus edacibus in parasitis .
Q uā non adstricto percurrat pulpita socco .
G estit enī nummū in loculos dimittere . posthac
S ecurus cadat an recto stet fabula talo .
Q uem tulit ad scēnam uentoso gloria curru
E xanimat lentus spectator . sedulus inflat .
S ic leue . sic paruū ē : animū quod laudis . auarum
S ubruit aut reficit : ualeat res ludicra si me
P alma negata macrū donata reducit opimū .
S aepe etiā audacem fugat hoc terretq; poetam :
Q uod numero plures uirtute & honore minores
I ndocti stolidiq; & depugnare parati .
S i discordet eques media inter carmina : poscunt
A ut ursum aut pugiles . his nam plebecula gaudet
V erum eqtis quoq; iam migravit ab aure uoluptas
O mnis ad incertos oculos & gaudia uana :
Q uattuor aut plures aulae premuntur i horas
D um fugiūt equitū turmae peditūq; cateruæ .
Mox trahitur manibus regum fortuna retortis .
E ssesta festinant . pilenta petorrita naues .
C aptiuū portatur ebur . captiua Corinthus .
S i foret in terris rideret Democritus : seu
D iuersum cōfusa genus panthera camelo :
S iue elephas albus uulgi conuerteret ora :
S pectaret populum ludis attentius ipsis
V t sibi præbentem mimo spectacula plura

S criptores autem narrare putaret a fello
F abellam surdo .nam quæ puincere uoces
E ualuere sonū :referūt quē nostra theatra :
G arganū mugire putes nemus aut mare tuscum :
T anto cum strepitu ludi spectātur & artes:
D iuitiæq; peregrinae :qbus oblitus actor
C um stetit in lœna :cōcurrit dextera læuae
D ixit adhuc aliqd ; nil sane .qd placet ergo ?
L ana Tarentino uiolas imitata ueneno.
A c ne forte putes me quæ facere ipse recusem!
Q uæ recte tractent alii :laudare maligne.
I lle per extentum funē mihi posse uidetur
I re poeta :meum qui pectus inaniter angit.
I rritat .mulcet .falsis terroribus implet .
V t magus :& modo me thebis mō ponit athenis
V erum age .& his q se lectori credere malūt:
Q uā spectatoris fastidia ferre superbi:
C uram redde breuē:si munus Apolline dignū
V is complere libris & uatibus addere calcar
V t studio maiore petant helicon a uirentem.
M ulta qdem nobis facimus mala saepe poetae:
V t uineta egomet caedam mea:cū tibi librum
S ollicito damus aut festo :cū ledimur unū
S i q; amicorum ē ausus repraehendere uersum:
C um loca iam recitata reuoluimus irreuocati :
C um lamentamur non apparere labores
N ostros: & tenui deducta poemata filo:
C um speramus eo rem uenturam :ut simul atq;
C armina rescieris nos fingere:cōmodus ultro
A ccerfas :& egere uetes :& scribere cogas
S ed tamen ē opertae pretium cognoscere :quales
A edituos habeat belli spectata domiq;
V irtus indigno non cōmittenda poetae.
G ratus Alexandro regi magno fuit ille

C hærilus .incultis q uersibus & male natis
R ettulit acceptos regale numisma philippos.
S ed ueluti tractata notam labemq; remittit
A tramenta fere scriptores carmine foedo.
S plendida facta linunt idem rex ille poema
Q ui tam ridiculum tam care prodigus emit:
E dicto uetuit :ne quis se præter Apellen
P ingeret aut alius Lysippo duceret ara
F ortis Alexandri uultum simulantia :quod si
I udiu subtile uidentis artibus :illud
A d libros & ad haec mularum dona uocares
B oetum in crasso iurares aere natum .
A t neq; dedecorant tua de se iudicia :atq;
M unera quæ multa dantis cum laude tulerunt
D ilecti tibi Virgilius Variusq; poeta.
N ec magis expressi uultus per ahenea signa:
Q uam per uatis opus mores animiq; uirorum
C larorum apparent nec sermones ego malle
R epentes per humum quam res componere gestas:
T errarumq; situs & flumina discere & arces
M ontibus impositas :& barbaræ regna :tuisq;
A uspiciis totum cõfecta duella per orbem;
C laustraq; custodem pacis cohibentia lanu:
E t formidatam parthis te principe Romam .
S i quantum cupere possem quoq; :sed neq; puum
C armen maiestas recipit tua :nec meus audet
R em temptare pudor :quæ uires ferre recusent.
S edulitas autem stulte quæ diligit :urget .
P racipue cum se numeris comendat & arte:
D iscit enim citius :meminitq; libentius illud:
Q uod quis deridet :quam quod probat :& ueneratur.
N il moror officium :quod me grauat :ac neq; ficto
I n peius uultu proponi careus usquam:
N ec prae factis decorari uersibus opto:

Nerubeam pingui donatus munere .& una
Cum scriptore meo capsula porrectus operta
Diferar in uicum uandentem thus & odores
Et piper: & quicquid chartis amicitur ineptis.

Quintus Horatius Flaccus Iulio Floro .s.

Fore bono claroque fidelis amice Neroni
Si quis forte uelit puerum tibi uandere natum
Tybure uel Gabiis: & tecum sic agat. hic &
Candidus & talos a uertice pulcher ad imos
Fiet: eritque tuus numerorum milibus octo.
Verna ministeriis ad nutus aptus heriles
Litterulis graecis imbutus idoneus arti
Cui libet: argilla quiduis imitabitur uida
Quinetiam canet indoctum: sed dulce bibenti
Multa fidem promissa leuant: ubi plenius aequo
Laudat: uanales qui uult extrudere merces.
Res urget me nulla: meo sum pauper in aere.
Nemo hoc magonum faceret tibi. non temere a me
Quiuis ferret idem. semel hic cessauit: & ut fit
Inscalis latuit metuens pendentis habenae.
Des numos: excepta nihil te si fuga laedat:
Ille feret pretium poenae securus opinor.
Pudens emisti uitiosum: dicta tibi est lex.
Insequeris tamen hunc: & lite moraris iniqua.
Dixi me pigrum proficiscenti tibi dixi
Talibus officiis prope mancum: ne mea saeuus
Iurgares: ad te quod epistola nulla rediret.
Quid tunc profeci mecum facientia iura:
Si tamen attemptas: quereris super hoc etiam: quod
Expectata tibi non mittam carmina mendax
Luculli miles collecta uiatice multis
Aerumnis lassus dum noctu stertit ad axem:

P erdiderat : post hoc uacemēs lup⁹ & sibi & hosti
I ratus pariter ieiunis dentibus acer
P raelidum regale loco deiecit : ut aiunt.
S umme munito & multarum diuite rerum.
C larus ob id factum donis ornatur honestis.
A ccipit & bisdena super sestertia nūmum.
F orte sub hoc tempus castellum euertere praetor
N escio quod cūpiens hortari coepit eundem
V erbis quae timido quoq; possent addere mentem
I bone : quo uirtus tua te uocat .i pede fausto
G randia laturus meritorum praemia .qd stas.
P ost haec ille catus q̄tum uis rusticus ibit.
I bit eo. quo uis : qui zonam pdidit inqt.
R omae nutriri mihi cōtigat atq; doceri .
I ratus graiis quantū nocuisset achilles
A diecere bonae paulo plus artis athenae.
S cilicet : ut possem curuo dinoscere rectum .
A tq; inter siluas academi quaerere uerum .
D ura sed amouere loco me tempora grato
C iuilisq; rudem belli tulit aestus in arma
C aesaris augusti nō responsura lacertis :
V nde simul primū me dimisere philippi
D ecisis humilem pennis .inopemq; paterni
E tlaris & fundi paupertas impulit audax
V t uersus facerem .sed quod nō desit habentem
Q uae poterunt unq̄ satis expurgare cicutae .
N imelius dormire putem quā scribere uersus .
S ingula de nobis anni praedantur eūtes.
E ripuere iocos .uenerē .cōuiuia .ludum.
T endūt extorquere poemata .quid faciam uis ?
D eniq; nō omnes eadem mirātur : amāt q;
C armine tu gaudes .hic delectatur iambis.
I lle bioneis sermonibus & sale nigro.
T res mihi cōuiuiae prope dissentire uidentur

P
oscentes uario multum diuersa palato.
Q
uid dem : qd nō dem .renuis tu: quod iubet alter
Q
uod petis id sane ē inuisum acidumq; duobus.
P
raeter caetera me Romae ne poemata censes
S
cribere posse inter tot curas totq; labores?
H
ic sponsum uocat .hic auditum scripta relictis
O
mnibus officiis cubat hic ī colle Quirini.
H
ic extremo in auentino uisendus uterq;
I
nterualla uides humanae commoda .uerum
P
lures sunt plateae : nihil ut meditantibus obstat.
F
estinat calidus mulis gerulisq; redemptor.
T
orquet nunc lapidem nūc ingens machina tignū .
T
ristia robustis luclantur funera plaustris.
H
ac rabiosa fugit canis hac lutulenta ruit sus.
I
nūc & uersus tecū m editare canoros.
S
criptorum chorus oīs amat nemus. & fugit urbē
R
ite cliens Bacchi somno gaudentis & umbra.
T
u me inter strepitus nocturnos atq; diurnos
V
is canere: & cōtacta sequi uestigia uatum.
I
ngenium sibi quod uacuas desumpsit athenas.
E
t studiis ānos septem dedit: insenuitq;
L
ibris & curis statuatur aciturnius exit.
P
laerūq; & risu populum quatit. hic ego rerum
F
luctibus in mediis & tēpestatibus urbis
V
erba lyrae motura sonum: cōnectere digner.
F
rater erat Romae cōsulti rhetor ut alter
A
lterius sermone meros audiret honores .
G
racchus ut hic illi foret .hic ut Mutius illi.
Q
ui minus argutos uexat furor iste poetas?
C
armina cōpono .hic elegos mirabile uisu
C
aelatumq; nouem musis opus :aspice primū
Q
uanto cum fastu quanto molimine circum
S
pectemus uacuam Romanis uatibus aedem.
M
ox etiam si forte uacas :sequere :& pcul audi :

Quid ferat : & quare sibi nectat uterq; coronam.
Cædimur : & totidem plagis cōsumimus hostem.
Lento samnites ad limina prima duello
Discedo Alcæus puncto illius . ille meo . quis
Quis nisi Callimachus : si plus ad poscere uisus
Fuit Minernius & optiuo cognomine crescit .
Multa fero : ut placem genus irritabile uatum :
Cum scribo & supplex populi suffragia capto .
Idem finitis studiis & mente recepta
Obtorem : patulas impune legentibus aures .
Ridentur : mala q̄ cōponunt carmīa . uerum
Gaudent scribentes : & se uenerantur & ultro
Sitaceas : laudant q̄qd scripsere beati :
Atqui legitimū cupiet fecisse poema :
Cum tabulis animū censoris sumet honesti .
Audebit quæcūq; parum splendoris habebunt .
Et sine pondere erūt : & honore indigna ferētur
Verba mouere loco : quīs inuita recedant :
Et uersentur adhuc inter penetralia Vestæ .
Obscurata diu populo bonus eruet : atq;
Proferet in lucem speciosa uocabula rerū :
Quæ priscis memorata Catonibus atq; Cethegis :
Nunc situs informis premit & deserta uetustas .
Adsciscet noua : quæ genitor p̄duxerit usus
Væhemēs & liquidus puroq; simillimus amni
Fundet opes : latiumq; beabit diuite lingua .
Luxuriantia compescet . nimis aspera sano
Leuabit cultu . uirtute carentia tollet .
Ludentis speciem dabit : & torquetur : ut qui
Nunc satyrum nūc agrestem cyclopa mouetur .
Prætulerim scriptor delirus inersq; uideri :
Dum mea delectent mala me : uel deniq; fallant !
Quā sape & ringi . fuit haud ignobilis argis :
Qui se credebat miros audire tragoedos

I n uacuo lætus fessor plausorq; teatro .
C ætera qui uitæ seruaret munia recto
M ore bonus sane uicinus .amabilis hospes .
C omis in uxorem :posset qui ignoscere seruis:
E t signo læso nō insanire lagenæ.
P osset qui rupē & puteū uitare patētem.
H ic ubi cognatorum opibus curisq; reffectus
E xpulit helleboro morbum bilemq; meraco:
E t redit ad se se .pol me occidistis amici:
N on seruastis ait :cui sic extorta uoluptas
E t demptus p uim mentis gratissimus error.
N imirum sapere ē abiectis utile nugis.
E t tempestiuum pueris cōcedere ludum:
A c non uerba sequi fidibus modulanda latinis
S ed uere numerosq; modosq; ediscere uitæ .
Q uo circa mecum loquor hæc:tacitusq; recordor:
S i tibi nulla sitim finiret copia lymphæ:
N arrares medicis :quāto plura parasti:
T anto plura cupis .nulli ne faterier audes ?
S i uulnus tibi monstrata radice uel haerba
N on fieret leuius :fugeres radice uel haerba
P roficiente nihil curiarer :audieras cui
R em dii donarent illi decedere prauam
S ulticiam :& cū sis nihilo sapiētior :ex quo
P lenior es tamen uteris monitoribus iisdem.
A t si diuitiae prudentem reddere possent :
S i timidū cupidūq; minus te :nempe ruberes .
V iueret in terris :te si quis auarior uno :
S i pprium ē:quod qs libra mercatur & aere:
Q uaedam si credis cōsultis mancipat usus :
Q ui te pascit ager .tuus ē .& uillicus orbi
C um segetes occat tibi mox frumenta daturus
T e dominū sentit .das nummos .accipis uuam.
P ullos .oua .cadum temeri .nempe modo isto

P aulatim mercariss agrū fortasse trecentis
A ut etiā supra nūmorum milibus emptum
Q uid refert uiuas numerato nuper an olim
E mptor aricini quondam ueientis & arui
E mptum coenat olus : quis aliter putat emptis
S ub noctem gelidam lignis calefactat ahenū.
S ed uocat usq; suū : qua populus assita certis
L imitibus uicina refugit iurgia : tanquā
S it pprium quicquā : puncto quod mobilis horæ
N unc prece nunc pretio nūc ui nūc morte sup̄ma
P ermutet dominos : & cedat i altera iura.
S ic qa p̄petuus nulli datur usus : & haeres
H aeredem alterius uelut unda superuenit undam .
Q uid uici profunt aut horrea : quid ue calabris
S altibus adiecti lucani : si metit horchus
G randia cum paruis nō exorabilis auro :
G ēmas marmor ebur tyrrhena sigilla tabellas
A rgentū uestes gaetulo murice tinctas.
S unt qui nō habeant . ē qui nō curat habere.
C ur alter fratrum cessare & ludere & ungi
P raeferat herodis palmetis pinguibus : alter
D iues & importunus ad umbram lucis ab ortu
S iluestrem flammis & ferro mitiget agrum :
S it genius natale comes . qui tempat astrum
N aturae deus humanae mortalis in unum :
Q uodq; caput uultu mutabilis albus & ater.
V tarq; ex modico . quātum res poscet aceruo
T ollam : nec metuā . qd de me iudicet haeres :
Q uot non plura datis inuenierit : & tamen idem
S cire uolam : quātum simplex hilarisq; nepoti
D iscrepet . & quātum discordet parcus auaro.
D istat enī spargas tua pdigus : an neq; sumptum
I nuitus facias : neq; plura parare labores.
A c potius puer ut festis qnquatibus olim

E xiguo gratoq; fruaris tempore raptim.
P aueries immunda pcul domus absit : ego utrū
N aue ferar magna an paruaferar unus & idem
N on agimur tumidis uelis aquilone secūdo :
N on tamen aduersis aetatem ducimus austris .
V iribus . ingenio . specie . uirtute . loco . re .
E xtremi primorum : extremis ulq; priores
N on es auarus : abi : qd caetera : iam limul isto
C um uitio fuge . rite caret tibi pectus inani
A mbitione . caret mortis formidine & ira :
S omnia . terrores . magicos . miracula . sagas
N octurnos lemures . portentaq; thestala rides .
N atales grate numeras . ignoscis amicis .
L enior & melior sis accedente senecta .
Q uid te exempta iuuat spinis de pluribus uua :
V iuere si recte nescis : decede peritis .
L ulisti satis . edisti satis . atq; bibisti .
T empus abire tibi est : ne potum largius aequo
R ideat : & pulset lasciuia decentius aetas .

F I N I S

Hoc opus Horatii emendatissimum impressum est
opa & impensis Philippi de Lauagnia Ciuis medio
lanensis . Anno a Natali Christiano . M cccc lxxvi .
die . xvi . Februarii . Amen .



1476

Horatius

Opus

E signis...
I...
I...
I...
I...



V...
E...
N...
C...
A...
S...
N...
N...
I...
Q...
V...
I...
T...
R...



FINIS

Hoc opus...
opus...
lancibus...
die. xvi. febr. Amen.





